Quelle: https://manuscripta.at/?ID=59
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

subtilissimas questiones dictes. Si diui-
nitas perfectas et rationales animas creat. cur
apposito sensu uiuunt infantes. at
iuuenes inueniuntur excordes. Sed quis
non intendat animas paruulorum inbecillita-
te corporis nec officia sensuum
nec ministerium posse explicare mem-
brorum. ut si ignem angusto uase conclu-
das. altum ut illius mos est nequit appetere.
quia eum artissimum obstaculum constat operire.
Tunc enim unicuique rei facultas sua uidetur
suppetere. cum illi nihil contrarium preualet im-
pedire. Sic stultis iuuenibus obuiat
quod aut imparilitate partuum. aut
grassitudo humorum. matri uteri uici-
o suscepto. anima inepta nimis habita-
tione deprimitur. et uim suam exercere non pre-
ualet inconuenientis domicilii sede
prepedita. quod stultis accidere hodieque con-
spicimus. quod greci mniones uocant. Nam ut
de usu aliquid quod dicamus euentu quam multi
morbis accedentibus aut quassato cerebro.
aut precordiorum stupore confusi acu[...]
m solite sapientie perdiderunt. Multi etiam mom-
tanea lesione mutati sunt. nam et ipse qui cele-
berrime sapiens habetur copiose prandio
refectus quam facile in crapula dilapsus ob-
tunditur. ut uirum illum prudentissime dis-
serentem difficile uel unum credas quem senec-
mori posse conspicias. Unum tamen certissime

scio sapientes nimis felicissimos fieri.
quos misericordia domini a talibus aduersitatibus alieni.
forte sint et alie cause que rationabili-
ter anime ad motus proprios explicandos ad-
uersum ire uideantur. Ceterum anime nec
crescunt cum paruulis nec fatuis aliquam
uariam discretionem tribuuntur. sed sicut inmor-
talitatem iugiter sumunt. ita et rationales
esse generaliter sentiuntur. Paruulis etiam ratio
crescit longa meditatione non anima.
Nunc ad reliqua currente ordine transe-
amus.

De naturalibus uirtutibus.

VIRTUTES anime natales
quinque putatas ueteres esse uoluerunt.
Prima est in utraque parte sensibilisque nobis
tribuit intelligentie sensum. per quam et omnia
incorporalia uaria imaginatione
sentimus. facit etiam corporales uigere sen-
sus. id est uisum auditum gustum odoratum
et tactum. Quo dura et mollia. lenia a-
speraque sentimus. Secunda impatiua quia ubi
organis corporalibus motus diuersos consim-
plere decreuerit. hec est transferri de loco
ad locum. uoces edere. membra curuare.
Hec exempli causa posuimus ut in his
similia dixisse uideamur. Tercia princi-
palis. cum ab omni actu remoti nociuo re-
ponimur. et corporalibus sensibus quieti profun-
dius aliquid firmiusque tractamus. Hinc est quod etate
maturi melius sapere iudicantur. qui se las-